De lamiis ⁊ phito
nicis mulieribus.



Tractat⁹ ad illustrissimū pri
cipem dñm Sigismundum archiducem austrie. Stirie carinthie &c. de lanijs & phitonicis mulieribus per Ulricum molitoris de constantia. studij papiensis. decretorum doctorem & curie constantieñ. causarum patronum. ad honorē eiusdē p̄ncipis ac sub sue celsitudinis emēdatōe scriptis.

Epistola

Excellentissime princeps &
dñe. dñe archidux colendissime. hūilis vlric⁹ molitoris de constantia doctor. tue celsitudini sese in obsequiū offert. Cum itaq3 supioribus annis pestis quarūdam laniarū & incantatricū. terras tue excellentie. inuasisse diceretur Jtaq3 cū nonnulle tuo sub imperio mulieres de hmōi heresi suspecte capte forent. apudq3 torturam interrogate. varia responderent. vnde tuis consulib⁹. varia. ea d̄ re inter se opinantibus vno quippe in illam. altero nempe in aliam p̄tem declinante. tandē apud tuā clementiā mei memoria incidit. Jtaq3 pro insita tua auiditate: veritatem cognoscendi. per tue dignatōnis consules demādatu3 suscepi. vt quid ego in ea re sentirem. id tue excellentie. stili officō designare non omitterem. Uerum q̄uis istuc laboriosum & piculosum sit. laboriosu3 quidem mihi in alijs occupato. & victū querere curanti. Periculosum autē propter inuidos & d̄tractores qui cuncta que nequeūt imitari non tamē cessant calumniari: & que ipi sua inertia experiri non poterūt venenoso dente veluti seteger hircus. lacerare nō omittunt Quāuis insuper ista materia preclaros etiam doctores in dubium aduocauerit. Attamē dignū existimaui quia pro tua excellentia corpusculi mei membra tuis obsequijs obtines devicta eius etiā si que sunt animi vires possideas vt du3 exterioris hoīs p̄tes sese ad tua deuouent obsequia: debilis quoq3 & rudis intellectus meus ad tue celsitudinis gloria3

non dormitet. Opus itaq3 presens sub tua tuorumq3 sapiē- tissimorum consulum correctione: presertim clarissimi. viri Conradi sturzel vtriusq3 iuris doctoris ac tue precellentie maximi secretarij. cuius quippe correxioni hunc tractatū specialiꝰ submisi. Quoniam eundē priscis tēporibus inp- ceptorem z magistri locum habui. Eloquētie etiam elementa iurisq3 sententias adhuc iuuenis suxi. hodieq3 sugere desiderem. vt sic agressus sum. Etenī cum apud priscos oratores dyalogus plerūq3 aliquid iocundioris delectationis afferri extimatum est. idcirco presenti in tractatu per viam dyalogi imo trilogi procedere decreui. Uerum quia multa ea de re disputatione digna cum prouido z prestanti viro Cōrado schatz huius inclite ciuitatis mee constantieñ. plurimū annorum pretore. z magistratum gerente viro vtiq3 spectato z facundia florente recensui. qui tanq3 pretor huiusmōi mulierū confessiones didicit Jtaq3 ipm presentē dyalogū seu trilogum sub tuo excellētissimo ipiusq3 Cunradi z meo nominibus expedire arbitratꝰ sum. idcirco sub benignitatis venia. ad materiā accedēs. Quasdā questiones p claui huius materie discuciendas premisi.

Capitula presentis tractatus.

¶ Primo vtrū ex facto laniarū z incātatricū ac coopatōe demonū possint puocari grādies z pruine ac pluie i lesiōez tre

¶ Scdo vtrū lanie z incātatrices possint adiutorio dyaboli hominibus z infantibus nocere ac morbos eisdem inferre eosdemq3 debilitare.

¶ Tercio vtrū possint hoīem etiam cōiugali instatu cōstitutum ad coeundum inficere z impotentem reddere.

¶ Quarto vtrū possint hoīm ymagines z facies eoꝝ in alias formas immutare.

¶ Quinto vtꝝ incātatrices z lanie possint sup baculū vnctū vl' super lupū seu aliud aīal equitare z ad sui cōuiuij ludum de loco ad locum traduci vbi bibant z cōmedant ac mutuo se cognoscant atq3 delectentur.

¶ Sexto vtrum cum talibus ꝛ maleficis mulieribus possit dyabolus incubando in forma hominis cōmisceri.
¶ Septimo vtrū ex tali coitu sit possibile generari filios
¶ Octauo vtrū incantatrices ꝛ phitonice mulieres adiutorio demonum possint secreta scire ꝛ consilia principum reuelare. ac futuros euentus predicere.
¶ Nono vtrum iusto iudicio possint tales malefice ꝛ scelerate mulieres comburi vel alijs supplicijs affici.

Exorditur itaqꝫ clementissimꝰ archidux Sigismūdus austrie.

Sigmundus Fidelis nobiscꝫ dilecte doctor vlrice q̄niam singulari fauore ob tua in nos merita te prosequimur idcirco p̄nti de materia tecum preceteris disputare decreuimus Vlricus Jllustrissime princeps q̄uis gratuꝫ sit vt pro tua in me clementia. me dignū inter disputandū fore iudicaueris. attamen ecce. adest. Cunradus schatz. pretor mee ciuitatis. vir vtiqꝫ ingenio prestans cōuersationeqꝫ argutus consodalis meus. placeat igitur eius industriaꝫ hac de re prius experiri. Sigmundus. placet. nam ꝛ eundem consilio maturum: conuersationeqꝫ facetum noui Jdcirco quia nobis sermo de laniarum ꝛ incantatricum maleficijs habendus erit Jtaqꝫ querendum primo duxi. Vtruꝫ ex facto laniarum possint prouocari tonitrua pluuie ꝛ grandines. Cunradus Quāuis in huiusmodi difficultate que etiam doctissimos viros pro discussiōe terreri solet. me inscium putem. iuxta verbum socratis. quisolitus fuit dicere. se hoc solum scire. quod nesciret. attamen ne videar. clementis principis monitis non adquiescere. loquar pauca vt initiundem mouendi maiora. Sigmundus. Dic igitur. Cunradus Apud p̄hm tritum est sermone p̄uerbium. vt fama quam omnes famant. nō omnino perdatur. fama autem cōmunis est. q̄ ipe strige tonitrua ꝛ grandines effecerint magnaqꝫ damna segetibus ꝛ hominibus in

tulerint. Ex confessione quoque earum in tortura facta. se talia fecisse et modum faciendi tradidisse compertum est. Sigmundus At ego nude fame non intendo. facile enim. dictum. sequitur vulgus. nec confessione torturali satiabor. cum metu tormentorum quis inducitur quandoque ad confitendum id quod in rerum natura non est. Verum ea que oculis non conspeximus. auctoritate. tum vel concludenti ratione percipere desideramus. nam recta disputatio. auctoritate et ratione concluditur. Ulricus profecto experientia in decidendis causis contemptibilis non est. cum experientia dicatur esse rerum magistra. vt dicitur in ca. vbi periculum de elect. li. vi. vnde tritum est apud populares prouerbium experto crede ruberto. Sigmundus. Ad ostendendum igitur complanie maleficeque mulieres nihil sciant: me istuc mouet: videlicet. Nam si talia iste maledicte mulieres scirent. et efficere possent. non esset opus principibus. temporibus belli clientulos. militesque conducere. qui in terras hostium irruerent. agrosque deuastarent. Incendiis domos et villas concremarent. Verum satis esset. talem mulierem phitonicam aduocare eidemque saluum conductum addicere. et hortari quatenus super hostium terras talis maledicta mulier grandines fulmina et tempestates prouocaret. ac vt sic hostium terram periclitare moliretur. Etenim quia videmus quod ipse talia facere non possunt. etiam si vellent. ad faciendum que etiam si a principibus. quod tamen absit. inducerentur. vnde inferendum censeo. ipsas talia facere non posse. Preterea ex fide habemus solum deum stellarum et elementorum esse gubernatorem qui legem pati sidera iubet. et qui iuxta boetium in li. de consolatione. perpetua mundum ratione gubernat. stabilisque manens dans cuncta moueri. quomodo igitur mulieres lanie adiutorio demonum illum summum motorem. qui certa ratione cuncta gubernat in huiusmodi suo motu impedire et in alium motum dirigere possent. Cunradus Ponderanda quidem est magni principis ratio. Sed non minus ponderandum est. illud quod Exo. ca. vii. dicitur. Nam cum coram moyses ante faciem pharaonis regis egipti multa signa

ꝛ prodigia fecisset. nihilominus malefici talia similiter effe cerunt. qui incantationibus suis aquas in sanguinē verte rūt. et ranas sup terram pduxerūt. Ecce igitur ex sacra scri/ ptura veteris testamenti clarere. ꝙ malefici adiutorio demo nū aquas turbarūt. quas in sanguinem verterūt ꝛ agros prediaqꝫ ranis confuderunt.. Item libro pmo Job. cap. p. legit ꝙ dyabolo procurante. ventus vehemens irruit a regi one deserti. ꝛ cōcussit quatuor angulos domus. que corru/ ens oppressit liberos iob ꝛ mortui sūt. ecce ꝙ dyabolus po testate sua aerē puocauit. puerosqꝫ oppssit. dr etiam eodem libro dyabolū fulmina ignis prouocasse. Dicit em̄ tex. Ig/ nis dei cecidit de celo. ꝛ tactas oues puerosqꝫ consumpsit. Item ioh in apoca. ca. vij. ait. Post hec vidi angelos stātes sup q̄ttuor angulos terre. tenētes quatuor ventos terre. ne flarent sup terrā. neqꝫ mare. neqꝫ in vllā arborem. ꝛ vidi alte rum angelū ascendentem ab ortu solis hn̄tem signum dī vi ui. ꝛ clamauit voce magna. quatuor angel' q̄bus datū est no cere terre ꝛ mari dicēs. nolite nocere terre neqꝫ mari. neqꝫ ar boribus quousqꝫ signemꝰ seruos dei in frontibus. Sir gmūdus Doctor qui sunt illi quatuor angeli quibꝰ iohā nes ait esse datū vt possint nocere terre. Ulricus Sūt dyaboli. Sigmūdus Appellat ne dyabolꝰ: angelus Ulricus Ita. nā dyabolꝰ ibidē ꝛ etiā alibi sepiꝰ angelus dicitur. quia etiam missus a deo. vt ibi dicit glosa ordinaria Sigmundus Forte iohānes hec in spiritu vidit. dās nobis sue visionis exempla. Cunradus Dignissime princeps non opus est exemplis. duꝫ res ante oculos facta existit. vt audisti a maleficis coram pharaone. ꝛ a gestis iob Si igitur hec facta fore leguntur. igitur ꝛ iaꝫ fieri posse. q̄s dubitat Ulricus. de illo passu in fine ex post clarius lo quamur.

De nocumentis ꝛ morbis hoi bus et infantibꝰ illatis.



Sigmundus. Quia de corruptione ⁊ turbatione ele
mentorum nobis sermo est. non incompetenter querendū
duximus. Si etiam hominibus ⁊ maxime infantibus mor
bos inferre. ⁊ adiutorio demonum eisdem nocere possint.
Cunradus. Audiui a plerisqꝫ mulieribus quomodo
pueris incunabulis iacentibus varie egretudines acciderēt
nunc quippe illi puero nasus apparuit curuatus nunc alteri
oculus erutus. quodqꝫ maledicte mulieres quādoqꝫ com
prehense asseruerunt in torturaqꝫ recognouerunt ob inuidi
am parentum se talia pueris auxilio demonum irrogasse.
Sigmundus. Audisti ꝙ confessionibus talibus per
metum extortis non saturabor. quid igitur aliud ratiōis seu
autoritatis im medium adducis. Cunradus Jam su
perius pro auctoritate in libro p̄. Job cognouimus ꝙ dya
bolus filios eiusdem. ventum prouocando oppressit. ⁊ mor
tui sunt. Digneris itaqꝫ audire beatum augustinum. xxi. li.
de ciuitate dei ca. xviij. dum ait. Prorsusqꝫ scriptum est gra
ue iugum filios adam a die exitus de ventre matris eorum
vsqꝫ in diem sepulture: matrem omnium vsqꝫ a deo impleri
est necesse. vt ipsi paruuli per lauacrum regenerationis ab o
riginalis peccati quo solum tenebantur vinculo iam soluti
multa patientes nonnulli incursus spirituum malignorū
patiātur. Ecce ꝙ augustinus sentit pueros incursus demo
num pati ⁊c. Jtem beatus hieronimus ad paulam d̄ dormi
tione bresille in epistola ait. Quid cause est. vt sepe binoli et
trinoli. ac vbera materna lactantes a demonio corrumpun
tur ⁊c. Ecce igitur sacra scriptura ⁊ sanctorum patrū aucto
ritate ostensum esse dyabolum potestatem quandoqꝫ habe
re corrumpendi pueros ⁊ infantes eisdemqꝫ nocēdi. Si
gmundus Locuti modo sumus de infantibus. quid igi
tur in senibus ⁊ adultis. Cunradus Multos vidim⁹
senes claudicantes ⁊ contractos: qui asseruerunt ex malefi
cio illarum maledictarum ipsis istuc euenisse. Sigmun
dus Quid autem sentit scriptura Cunradus Jn le

genda sanctorum symonis z iude legitur. quomõ coram rege babilonie zarocht z arphaxat malefici fuerunt constituti. qui ipsius regis oratores z rethores mutos z claudos atq cecos effecerunt. ac visum z gressum eisdem denuo reddiderunt. ecce apertũ testimoniũ. q malefici nocere possunt hominibus etiã senib⁹ ac claudos z cecos facere. z rursus eosdem sanare Sigismũdus Si nanq oratores quibus huiusmodi maleficia euenerunt pagani extiterũt. z in christum non crediderunt. nec signo crucis muniti fuerunt.

Ulricus Prudenter loqueris o inclite princeps. quoniam in eadem legenda canitur. q postq dicti oratores z rethores in christum crediderũt. z per aplos signo crucis muniti fuerunt. dicti magi eisdem vltra nocere non poterant. q̄uis magi ipsi irritati iterato eisdem nocere attentassent. Cunradus Aye aye quõ igitur poterat dyabolus nocere iob. qui eundem grauissimo vlcere percussit. adeo q eundez lesit. vt in fimo iacens vix suspirare potuerit. vt legitur in libro iob z tamen ipe iob erat vir sanctus in volũtate dei vt testatur scriptura ambulans. Item in legenda sancti anthonij legitur quomodo demones eundem valde grauiter percusserunt. qui tamen vir sanctus z deo placidus fuit. ecce ergo ex his constare. demones super sanctos etiaz viros potestatem nocendi eisdem habuisse. Si igitur viros sanctos. turbare potuerunt. cur igitur z alijs de quorum sanctitate nobis non constat nocere non possent. Sigmundus. Ex his magis atq magis hesitare incipio quid igitur sentiendũ sit audire desidero. Ulricus Sine modo, ppe finẽ quid sentiendum sit latius de hoc z alijs loquamur Sigmundus Ex priori dubio oritur aliud. Utrũ possint hominem in coniugali statu existentem inficere z coeundum impotentem reddere Cunradus Uidim⁹ plures pulcros socios qui in coitu. paucũ aut nihil valuerũt. imo qui ppias vxores carnaliter cognoscere non potuerunt asserẽtes ex maleficio hoc ipsis contigisse. Sigmundus Q

multi multa loquuntur. Ulricus. Profecto canones in hoc consentiunt. asserentes per maleficia fieri posse vt homo quia natura frigidus non est. ad cocundem inhabilis reddatur. itaq3 in decretali specialem titulum de frigidis z maleficiatis habemus. vnde hysmarus etiam papa. i ca. Si per sortiarias. xxxiij. q. i. ait. Si p sortiarias atq3 maleficas artes occulto. Sz nsiquā dei iniusto iudicio permittente. z dyabolo preparante concubitus non sequitur. hortandi sunt. quibus ista eueniunt. vt corde contrito z spiritu humilitatis. deo z sacerdoti de oībus peccatis suis puram confessionem faciant zc. Ecce dicit enim textus. preparante dyabolo concubitus non sequitur. Et q̄uis prodeclaratione huius dubij ad credeēdum satis foret canon. quia canonum constitutiones ab omnibus dbent approbari vt dicitur in capi. primo de constitu. nihilominus tamen hoc idem astruunt doctores. Unde beatus thomas in. iiij. sup sententijs distinct. xxxiiij. ait. q ex maleficio potest quis eē impotens ad vnam. z non ad aliam. Itaq3 dominus hostiensis in summa libro. iiij. rubrica. xvij. de frigidis z maleficiatis dixit aliquando maleficiantur homines ita q reddūtur per sortilegium impotentes omnibus preterquā vni. Aliquando etiam maleficiatur adeo vt non posset cognoscere vxorem. sed omnes alias. Sigmundus Animū meum hec mouent quia mira sunt. nam cum coitus a natura nobis detur admirandum certeerit quomodo dyabolus cursum nature impedire nobis ignorantibus possit.

Ulricus. Nam z ego vlricus ad decem z octo annos in curia constantiensi causarum fui patronus z aduocatus prout hodie sum z huiusmodi causas frigiditatis z maleficij i practica plures habui: vbi mulieres accusabant coram iudice maritos de impotentia coeundi.

Sigmundus Quid igitur decretum fuit in talibus causis. Ulricus Decreuerunt iudices viros taliter

infectos medicis curie hmōi iuratis ostendere se ħbere pro examine medicoꝝ faciendo. Sigmundus Quid inde

Ulricus. Itaqꝫ plures comperi per medicos curie iuratos inspectos quos ipe medici asseruerunt natura nō frigidos: sed sortilegio maleficiatos esse. Sigmundus.

Et quid super hmōi medicoꝝ examine finaliter sententiatum extitit. Ulricus. Decreuerūt itaqꝫ iudices partes ad triennium mutuo cohabitare ħbere opus carnis hmōi attentando. quodqꝫ largiores in ieiunijs ꝛ elemosynis fo⁹rēt. vt deus qui institutor est matrimonij huiusmodi maleficium ab eis auferre dignaretur Uerum qꝛ de hmōi articulo opinionem meam in fine cum precedentibus dubijs latius declarare intendo. Interim ad alia dubia te conuertere si velis poteris Sigmundus Quarta enimuero fuit questio.

Utrum possit facies hominum in alias formas imutare.



Ulricus. Quid tibi dignissime princeps. videtur Sigmundus. Quod non Ulricus Quo hoc asseris motiuo Sigmundus. Dicitur enim in decreto in ca. episcopi. xxvi. q. v. vbi inquit textus. quisquis ergo credit posse fieri. aliquam creaturam. aut in melius aut in deterius imutari. aut transformari. posse in aliquā speciem aut in aliquā similitudinem. nisi ab ipo creatore qui oīa fecit ꝛ per quē omnia facta sunt. infidelis est. ꝛ pagano deterior hec textus. Cunradus Canoni nanq aduersari nō intendo. Sed que apud historiographos me legisse memini recitare cupio. Quid igitur ad virgilium dicitur qui in bucolicis egloga octaua recenset ꝙ dum vlixes suis cū socijs a troya exulando: ad circe reginam declinasset ipa quoq circe hospites tales suscipiendo poculo malefica eisdem ministrasset. itaq ipi hospites postq venenata pocula bibissent in animalium diuersarum specierum conuersi sunt. hic nā\-q in lupum. alter in aprum. alius vero in leonem. Sigmundus Fabulam recitas. poete finxerunt quibus nō creditur. Cunradus. Certe poete reijciendi non sunt. Nam celius lactantius ait poetas historias scripsisse. Sz sub occulto figmenta velasse. Attamen hanc recitat boecius doctor catholicus in libro quarto de consolatione. ꝛ ait.

Uela naritij ducis
Et vagas pelago rates
Eurus appulit insule
Pulchra qua residens dea
Solis edita semine
Miscet hospitibus nouis
Tacta carmine pocula
Quos vt in varios modos
Uertit herbipotens manus
Huncaptī facies tegit
Ille marmaricus leo

Dente crescit τ vnguibus
Hic lupus nuper additus
Flere dum parat vlulat
Ille tigris vt indica
Tecta mitis obambulat
Sed licet varijs malis
Numen archadis alitis
Obsitum miserans ducem
Peste soluerit hospitis
Jam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant
Jam sues cerealia
Blande pabula verteram
Et nihil manet integrum
Voce τ corpore perditis
Sola mens stabilisqꝫ semper
Monstra que patitur gemit
O leuem nimium manum
Nec potentia gramina
Membra que valeant. lice
Corda vertere non valeant
Intus est hominum vigor
Arte conditus abdita
Hec venena potentius
Detrahunt hominem sibi
Dira que penitus meant
Nec nocentia corpori
Mentis vulnere seuiunt

Hec boetius decurtatis metris canit. Sigmundus.
Tametsi preclaro stilo boetius vlixis sociorumqꝫ gesta re/
citet. hesito tamen an vera sint. τ si talia gesta vera fuerint.
Non mirum si istuc his hominibus accidit qui pagani fu

erunt ydola venerantes. z statuas demonum adorantes. vnde dyabolum super homines tales maiorem potestatem habuisse credimus. Cum autem nos deum celi adoremus z in xpm credamus per que ab imperio dyaboli liberati sumus. vnde nobis talia contingere posse non existimo.

Cunradus Insuper his simile factum audiuimus. Narrat enim Appulleius. prout eum recitat Augustinus eidem asini aures accidisse. ac accepto veneno humano animo permanente se asinum factum fuisse Sigismūdus Dixi iam differentiam esse inter ydola adorantes z deum celicolentes Cunradus Procedamus igitur ad eos qui deum celi adorarunt. vt ostendamus eisdem venefica arte talia pariter accidisse. Sigmundus Procede igitur.

Cunradus In hystoria clementis recitat̄ quomodo facies faustiani qui pater sancti Clementis extitit z cū beato Petro apostolo cōuersabatur per Simonem maleficū immutata fuerit. dicit̄ eñ in eadem historia qd cū imperator Cornelium centurionem misisset anthiochiam. vt illic magos z maleficos caperet Faustinianus licentiā salutādi Apionem z Anubionem a btō Petro pecijt. cū aūt idē faustianus apud Simonem maleficum declinasset. Itaq symon anubiani z Appiani exposuit quō idem illa nocte Corneliū centurionem fugere vellet. eo qm audisset eundē Corneliū imperatoris ex precepto se cōprehendere velle. vnde ipe Simon omnem furorem in faustinianū conuertere proposuerit. Tantum inquiens facite faustinianū cenare vobiscum At ego (ait) quoddā interim vnguentum componā quo cenatus faciem suam perungat ex eo quoq vultum meū habere videatur. Vos autem herbe cuiusdam succo faciem ꝑunguimini prius vt non fallamini de imitatione vultus eius Uolo enim vt cōprehendatur ab his qui me querūt z luctū habeant filij eius qui me relicto confugerunt ad petrū. Itaq facies faustiniani fuit mutata. vt nemo eandē preter quā petrus cognosceret. ad modum quippe vt qui faustinianū

intuebatur existimabat Simonem magū videre. Ecce igitur ꝙ per maleficas artes vir sanctus erat immutatus.

Sigmundus Forte pro tūc faustinianus cathecuminus fuit. necdum baptisatus a petro. vel deus hoc ideo permisit. vt dolus symonis magi proficeret in glīam petri, put factum fuit. Cunradus Quocunqꝫ modo permissum extiterit. attamen ex historia claret ꝙ facies eius per maleficum immutata fuit. Item in historia beati petri recitat qđ cum symon magus ante faciem neronis imperatoris staret eius effigies subito mutabatur vt modo senior mō adolescentior videbatur. In eadem quoqꝫ historia legitur. ꝙ symon magus hircum in speciem hominis scꝫ ipsius symonis mutauit. fertur enim symonē neroni dixisse. vt scias optime imperator me filium dei esse. iube me decollari. ⁊ tercia die resurgam. Precepit ergo nero carnifici: vt decollaret eū qui cum putaret symonem decollare. decollauit arietem Simon autem arietis membra recolligens. se et illa tribus diebus abscondit. tercio vero die ostendit se neroni dicens Fac sāguinem meum abstergi qui effusus est. quoniam ecce ego qui decollatus fueram: sicuti promisi tercia die resurrexi. Nero vero his visis obstupuit. ⁊ eum filium dei esse putauit. Sigmundus bone doctor quid tu affers in medium. Ulricus. Maiorū doctorum testimonia in eaꝫ rem conducentia. Dicit enim beatus augustinus in libro de spiritu ⁊ anima. Humana opinio dicit quod quadā arte ⁊ potestate demonum homines conuerti possunt in lupos ⁊ iumēta: ⁊ portare queqꝫ necessaria. postqꝫ peracta opera iterum ad se redire. nec bestialem mentem in eis fieri. sed rationalem humanamqꝫ seruare. Hoc intelligenduꝫ est ꝙ demones quidem naturam non creant. Sed solum aliquid tale facere possunt vt videantur esse quod non est. Hec augustinus. Ecce ergo ꝙ augustinus cōcedit quod aliquid tale facere possunt. Sigmundus. Sed subdit vt videantur esse quod non est. Ulricus. De hoc latius in solutōne

finali dicemus. Insuper augustinus in libro .xviij. de ciuiс tate dei ait. de ludificationibus demoniũ quid dicemus ni si de medio babilonis esse fugiendum quanto enim in hec yma maiorem potestatem demonum videmus. tanto tena cius mediatori inherendum. per quem de ymis ad summa conscendimus. Nam cum essemus in italia audiebam⁹ ta lia de quadam regione illarũ partium. vbi stabularias mu lieres imbutas his artibus in caseo dare solere dicebant q̄ bus vellent. seu possent viatoribus vnde in iumenta illico verterētur ꝛ necessaria queq̧ portarent. postq̄ perfuncta o pera ad se redirent. nec in eis vitam bestialem fieri. sed ra tionalem seruari. Hec augustinus Sigmundus Hic augustinus loquitur ḋ audito alieno dicens se a quibusdā recitatoribus audiuisse. vnde dictum augustini in hoc ni hil concludit quia testis de auditu alieno loquens non ꝓ bat. Vlricus Sapienter loqueris. attamen audiam⁹ ꝓpinquiora. Vincentius in speculo naturali libro tercio. c. .cix. refert cuius verba hec. refert guilhelmus malmesberiē sis monachus in historia sua. ꝙ tempore petri damiani fue runt due vetule in strata publica quas augustinus appellat stabularias id est transeuntes ad hospicia pro mercede sus cipientes. Nam stabularium ꝓprie hospicium venale ꝛ pub licum dicitur. hee vno cōmorantes tugurio. vno quoq̧ im bute maleficio: hospitem si quando superueniebat solus in equum vel suem vł asinum mutabant. ꝛ mercatoribus ven dentes precium habebant. Quadam die iuuenem histrio nicis gestibus victum exigentem hospicio susceperunt. sus ceptumq̧ asinum fecerunt. multum inde lucrantes per asi num scilicet qui miraculo gestium destinabat transeuntes. Nam quocunq̧ modo anus precepisset mouebatur. Non eṁ amiserat intellectum sed loquelam multum inde questū conflauerant vetule. Audiens hoc vicinus diues. asinum emit magno precio. Dictum quoq̧ est ei ab illis vetulis vt custodirēt eum. ne in aquam intraret seruatusq̧ asinus diu

ab aqua. tandem in cautiorem nactus custodiam in lacum proximum se proiecit & ibi se diu volutans asininam figurã perdidit. ꝓpriamq; recepit. Cunq; custos eius sciscitaretur ab eodem obuio. si asinum vidisset ille se esse dixit famulus ad dominum retulit dominus apostolicum leonem viruz seculo sanctissimum. Conuicte anus idem fatentur. Dubitantez papã confirmauit petrus damianus vir eruditissim⁹ producto exemplo de symone mago qui faustianũ videri fecit in figura symonis. Ecce ergo ꝙ petrus damianus vir & doctor magne auctoritatis apud papam conclusit hoc fieri potuisse Sigmundus Tantis historijs & auctoritatibus me impellis vt nesciam quorsum tandem me vertam.
Vlricus In fine latius sequamur de hoc.

Vtrũ proficiscantur ad cõuiuia super baculũ vel lupũ equitãdo



Sigmundus. Ulterius quero vtrum super baculuz pinguedine quadam vnctū. aut super lupum vel aliud animal possint tales mlieres maledicte equitare. Et an dyabolus posset eas deferre de loco ad locuz vt bibant ꝛ conuiuia celebrent. seqꝫ mutuo cognoscant atqꝫ delectentur Ulricus. Audienda est tua opinio benigne archidux. Sigmundus Nouimus ꝙ dyabolus spiritus est incorporalis qui nō habet manus neqꝫ pedes nec etiā alas. qui etiā non cōmensuratur loco. quomodo igitur hominez qui corporeus est portare posset. Cunradus forte spiritus ingrediūtur aliqua corpora ꝛ assumūt sibi talia ad opus illō qđ facere volunt apta. atqꝫ tunc in illis corporibus efficiūt id qđ volunt. Nam in sacra scriptura legimus Daniel. vltimo. ꝙ angelus domini apprehendit abacuck in vertice eius ꝛ portauit eum in capillo capitis sui. ꝛ posuit eum in babilonem. Ecce q̄uis angeli spūs sint. ꝛ non habeant manus neqꝫ pedes. tamen ꝯcludendū est ꝙ angelus corpus assumpserit quo abacuck capillis tenere ꝛ portare potuit. Sic actuū aplorꝫ. viij. legitur. ꝙ spūs domini rapuit philippū. ꝛ inuentus est in azoto. Sigmūdus Hoc in spiritibus ꝛ angelis bonis posset concedi in quibus maior est potestas Ulricus. Loquamur ergo de malis ꝛ sic de dyabolo Nam in legenda sancti iacobi legitur ꝙ dyabolus hermoginem constrinxit ꝛ ligatis manibus ꝛ pedibus eundem ad sanctum iacobum detulit. Cunradus. Referam aūt ē ego ꝙ temporibus nostris quibus adhuc iuuenes ꝛ mutuo ī scientijs humanitatis constudētes fuimus accidit. ante eīn lapsum multorūz annorꝫ vidi ego in iudicio prouinciali ciuitatis Constantienß duos mutuo litigātes vbi accusator in forma iuris seni scribens contra quendā rusticum quem maleficum asseruit actionem proposuit. quomodo idem rusticus super lupuz quendū equitans obuiam accusator venerit quo obuiante ipse accusator subito cōtractus ꝛ membris lāguidis factus fuerit. itaqꝫ rogāte eo maleficū vt sani

tatem sibi restitueret annuerit maleficus qui abiens rem a
liquantulũ tp̄is tacitus ꝯtinuit. Verũ qr idem rusticus e/
tiaȝ alij suo maleficio damna intulisse dicebat. vñ tandeȝ
accusator eundē publice in figura iudicij accusauit. Si
gmũdus. Quid ad hm̄oi accusationē rusticus respōdit.
Cunradus negauit ille Sigmundus. ad tortu/
ram fuit ne positus Cunradus. Nō Sigmundus.
Quō igitur conuinci potuit Cunradus p̄ testes
Sigmundus. Quid deposuerũt testes Cunradꝰ
Ip̄m talia facere sciuisse Sigmundꝰ. Scire nanqȝ re
prehēdi non pōt cũ iuxta arestotilem oēs hoīes naturaliter
scire desiderāt Cunradus Subiunxerũt nāqȝ testes eũ
dem rusticũ non solũ talia facere sciuisse. sed etiaȝ fecisse.
Sigmundus Quā nāqȝ cām dicti allegarũt testes
Cunradus. Asseruerũt p̄ eorũdem iuramenta publice
p̄stita qd ipse rusticus maleficus etiā ipos testes in cope et
rebꝫ dānificauerit. Sigmundus Datus ne fuerat ip
si accusato orator ad defendendũ. Vlricus At ego ta
li iudicio affui ꝛ illud cũ grauitate ꝛ maturitate fieri vidi. ip
sas etiam p̄tes duos magne eloq̄ntie viros p̄locutores ha/
buisse memini Sigmũdus Qui nāqȝ hij fuerũt Vlri
cus Cũradum quondā schatz p̄rem nr̄i cōdisputātis. ac
vlricũ quondā blarer nr̄e ciuitatis p̄tores. viros rememora
tōne dignos p̄ oratoribus habuerũt. Sigmũdus No
ui illos ꝛ prudētes sensui. Cunradus Ordinario itaqȝ
iudicio ex dictis testiũ ip̄m accusatũ conuictũ condēnari cō
denatũqȝ cōcremari vidi. Sigmũdus Questio istec a
liam etiam particulā cōtinet videlicet. ꝙ hm̄oi mlieres q̄n
qȝ cōueniant. mutuoqȝ ꝯfabulent. ꝛ bibāt ꝛ se inuicē ag̃scant
Cunradus Sic fieri solere vulgus clamat ipeqȝ mulie
res talia confitentur. ꝛ ꝓpinqua iudicia cōfessionis assignāt
Sigmũdus. None ait canon in ca. epi. xxvi. q. v. vbi
tertius. Illud etiam non omittendũ est ꝙ quedam mulieres
scelerate retro post sathanam cōuerse demonũ illusionibus

z fantasmatibus seducte credūt se z profitentur cum dyana nocturnis horis dea paganoꝝ. z cū herodiade. z innumera multitudine mulierū equitare sup quasdam bestias z mlta terrarū spacia intempeste noctis silentio pertransire eiusiussionibus obedire. veluti dñe z certis noctibus ad ei⁹ seruitium euocari. Sed vtinam he sole in perfidia ꝑijssent et non multas secum ad infidelitatis interitū prouocassent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta vera hec eē credit. z credendo a recta fide deuia z errore paganorum inuoluitur. Cunradus. Si itaqꝫ iuxta verba canonis opinione decipiūtur. vnde igitur prouenit. ꝙ ipse mulieres ex alijs ciuitatibus homines noscunt. quos etiā conuiuio interfuisse asserunt z inditia cognitionis sue ostēdunt. quos tamen prius nunqꝫ viderunt. neqꝫ in hmōi ciuitatibus cum talibus prius conuersate fuerunt Vlric⁹. Hanc instantiā z si vrgeri videatur tñ ꝓpe finem huius tractatus exemplo sancti germani soluemus Sigmundus Querendum insuper fore existimo.

Vtrū diabolus in forma hoīs apparere z cū hmōi maledictis mulierib⁹ incubādo possit commisceri.



Cunradus Nemo dubitat quin dyabolus in forma hominis apparere possit. Nam in legenda sancti Martini legitur. ꝙ cum martinus mediolanū preterisset. Dyabolus in humana specie sibi obuiꝰ fuit. Sic in legenda sancti anthonij legitur ꝙ dyabolus in specie pueri nigri prostratus apparuit. Item in legenda sancti eulogij legitur ꝙ dyabolꝰ in specie pulchre mulieris eundem apud fabricā suam alloquebatur. De saluatore quoqꝫ nostro. Mathei. iiij. legitur ꝙ assumpsit eum dyabolus: ꝛ statuit eum super pinnaculuꝫ templi ꝛc. Unde in hanc partem assentio: ꝙ dyabolus in specie humana possit cum hominibus apparere. ꝛ cum eis conuersari. Legitur enim ꝙ plato demone domestico quasi famulo vsus sit. Sigmundus Sed quid de alia parte questiōis an demones possint cum talibus mulieribus dormire ꝛ coire cum eisdem. Cunradus. Hoc nāqꝫ mulieres confitentur ꝙ incubo cōmisceantur. ꝛ quasi ab amatoribus tractentur. Sigmundus Uana mulieruꝫ opinio multa garrulat: que vera fore putat. Cunradus Profecto quandoqꝫ perseuerant in huiusmodi eoꝝ confessione. etiaꝫ cum ad mortem ducuntur: ꝛ nihil aliud vident q̄ȝ moriundum eē. Uerūtamen audiamus gesta alioꝝ magis auctorisabilia. Legitur enim historia sancti bernardi ꝙ quidam demon siue incubus pluribus annis cum quadaꝫ muliere dormiuit. etiam marito mulieris in eodem lecto cōdormiēte attamen hoc nephas ignorante. Itaqꝫ tandem mulier penitentia ducta volens deinceps licētiare ꝛ expellere incubū verum non potuit. Unde beato bernardo conquerens qui ip̄m demonem ardentibus candelis excōicauit. Ac vt sic eundem a dicta muliere effugauit Item beatus augustinus in quindecimo libro de ciuitate dei ait. creberrima fama est multiqꝫ experti sunt. vel ab illis qui expertos se audisse affirmant. siluanos atqꝫ faunos quos vulgo incubos vocant imbrobos sepe mulieribus extitisse. ꝛ earum appetisse ꝛ peregisse concubitum. Item in historijs arcturi regis brytānie

sepius leguntur huiusmodi accidisse. Sigmundus
Quid igitur respondetur ad auctoritatem cassiani qui ait Nullo ergo modo credendum est spiritales naturas cum feminis carnaliter coire posse. Nam si hoc aliquādo posset fieri. quomodo nunc vel nunq̄ vl' raro videremus aliquos ex eorum concubitu de mulieribus absq̄ viri semine nasci. cum presertim constet eas libidis sordibus ad modum delectari. quas procul dubio. per semetipsas potius q̄m hominibus exercere mallent. Si illud vllo modo effici posset. Hec ille. Ulricus Hec auctoritas inducit nos ad aliam questionem: an videlicet ex coitu demonum cum mulieribus patrato possit nasci puer.

An ex coitu demonū cum mulieribꝰ patrato possit nasci puer.

Cunradus Tritum est sermone prouerbium ex huiusmodi cōcubito filios natos esse. quos vulgus abiectos nominat. qui etiam alamanico ydeomate wechselbalch appellantur. vnde fabulatur a' quadam melesina incuba. que cuidam comiti adhesisse dicitur. pluresq̄ filios ex ea natos fuisse Atvnumquēq̄ huiusmodi filiorum aliquid prodigij in membris habuisse. Illum nāq̄ tres oculos. alium dentes aprinos contraxisse fama est. Sigmundus Fabula hec ab incerto autore orta fidem non facit. Cunradꝰ. Apud vincentium in libro historiali. xxi. li. ca. xxx. narratur q̄ wortigernus rex consilio inito cum sapientibus q̄d agere deberet ad sui tutamen. consilio autem capto iussit conuenire artifices. vt ei turrim fortissimā ꝯstruerē t. s3 cū opa eoꝝ tellus absorberet. suasum est regi vt hoiem sine p̄re q̄reret 7 eiꝰ sanguine lapides 7 cementū aspgi preciperet q̄si h̄ facto cem̄tu3 stare potuisset. inuētꝰ igit adolescēs cui nom erat

merlinus. qui cū matre sua adducitur corā rege. que pfessa est de spiritu in specie hominis illū concepisse. Merlin⁹ autem multa obscura reuelauit. multa predixit futura. Aperuit enim sub fundamento esse lacuz. sub lacu duos latere dracones. quorum vnus rubeus populum britonum. alter vero albus. saxonū designaret. et quis in conflictu suo alteruz vinceret predixit. et aureliū ambrosiū deuicto Hengisto et combusto wortigerno regnaturum. Ex illa eīm hystoria habes merlinum ex incubo dyabolum genitum. Itez et de illo merlino beatus Augustinus et ceteri doctores faciunt mentionem. Sigmundus. Quid igitur sentiunt de merlino doctores. Ulricus. Prope finem tractatus latius explicabitur nunc de illa particula incuborum amplius progrediamur. Glosa ordinaria super sexto capitulo. Geñ. po. li. vbi textus ait. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. postq̄ enim ingressi sunt filij dī ad filias hominū illeq̄ genuerunt isti sunt potentes a seculo et viri famosi. hec textus Glosa autez desuper dicit. Non est incredibile ab hominibus non ab angelis vel quibusdam demonibus. qui mulieribus sunt improbi eiusmodi homines esse procreatos. qui post diluuium corpora non solum virorum sed et mulierum in credibili magnitudine extiterunt. hec glosa. Gigantes

Sigmūdus Mirabilis hec foret glosa. Si dyabol⁹ posset procurare pueros. Ulricus. Josephus iudeorū nobilis pnceps vir vtiq̄ multarū rerum disertus. quem etiā hieronimus laudibus effert hocidem sup illū passum scribēs asserit illos ex cubitu spūum incubor cuz mulierib⁹ patrato natos fuisse. Cunradus Adducā etiā priorq̄ ores historias Ganfridus anthiosidorus scribit prout eūdem Uincentius in naturali libro tercio recitat. dicens q̄ modo quidam decanus sacerdotum cum sorore ducis burgundie regi cicilie rogerio desponsata aliquamdiu regnum est inhabitans ibi certissime comparit. quod narrabat iuuenis quidam strennuus. et natandi arte peritus circa cre

pusculum noctis lucente luna in mari balneans mulierem
post se natanteꝫ per crines apprehendit. tanq̄ꝫ vnum ex soci
is qui cum vellet mergere. eaq̄ꝫ alloquens nullum verbum
extorquere potuit. opertaq̄ꝫ pallio in domū eam duxit. ꝛ tā
dem in vxorem solenniter accepit Increpatus aliquando a
socio quodā ꝙ fantasma accepisset. expauescens eripuit gla
dium minatus est in conspectu eiusdem mulieris filiū quē
ex ea susceperat interfecturum: nisi illa loqueretur ꝛ diceret
vnde esset. Que ve inquit tibi misero vtilem ꝑdis vxorem.
dum me cogis effari. Tecum essem. ꝛ tibi bene foret si iniū
ctum mihi silentiū tenere permisisses. Nunc autē de inceps
me non videbis et mox euanuit. Puer autem creuit. ꝛ mari
num balneum frequentare cepit. Tandem vna dierum fan
tastica illa mulier coram multis eundem puerū in eisdē flu/
ctibus occurrentem rapuit quē si verus fuisset mare ad li
tus expellere debuisset. hec ille. Sigmundus Fuit igi
tur ne talis puer verus vel fantasticus Cunradus Ex
historia deprehenditur. ꝙ talis puer comedit bibit ambula
bat. ꝛ multis annis educatus fuit. Ulricus Pro quo
me[illegible]us ꝛ hic puer habiti fuerint ꝑpe finem enudam⁹ nūc
in[illegible]m ad alias huiusce rei historias pergam⁹. Sigmū
dus Perge igitur. Cunradus Helimandus quar/
to libro quem vincentius refert pariter narrat cuius verba
hec sunt. in coloniensi dyocesi famosum ꝛ immane pallati/
um reni fluminis supeminet. quod iuuamen nuncupatur
vbi pluribus olim congregatis principibus improuiso ad
uenit nauicla. q̄m collo alligatam cignus trahebat argen/
tea cathena. Exinde miles nouus ꝛ incognitus omib⁹ exi/
lijt. Et cignus nauem reduxit. Miles postea vxoreꝫ duxit
ꝛ liberos procreauit Tandē in eodem pallatio residens ꝛ ci
gnum inspiciens aduentantem cum eadem nauicula ꝛ ca/
thena statim in nauem se recepit ꝛ vlterius non cōparuit ꝑ
genies aūt eius vsq̄ꝫ hodie perseuerat. hec helimandus.
Sigismūdus Quāq̄ꝫ huiusmodi historiarū autores

graues sint. graue tamen non minus est credere talia facta fuisse z si facta. quō talia intelligenda veniant. Etem̄ qz dicꝭ te in fine hm̄oi dubia pro tua capacitate resoluere quantuꝫ posses velle: ideo ad vlteriorem questionē ꝑgredior. Videlicet vtrum strige z malefice possint futura predicere z secreta principū cōsilia reuelare. Cunradus. Audiuimus ꝙ merlinus multa futura predixit que etiam facta sunt prout ex hystorijs deprehendimꝰ. Itē nōne balaaꝫ vt testatur scriptura ariolus fuit. z tñ multa futura predixit. Itē nōne dyabolus in specie samuelis ad ꝓuocationem phitonice mulieris predixit saul z omnē eius familiā in bello casuruꝫ qđ factum fuit vt dicitur regū. i. Cecidit em̄ saul z Jonathas filiꝰ eius z familia sua in bello z mortui sunt. Sigmundus. Nonne futurorum cognitor solus est deus secretorūqꝫ inspector qui est prima causa z primus motor omniuꝫ. Vlricus. Est nanqꝫ: sed nihilominus tamen dyabolus futura predicere potest. Videmus enim ꝙ medici z astrologi z alij sapientes homines sepe futura prenosticant Sigmundus Quāuis futura predicunt. tamen non est necesse. vt ita eueniant vnde necessario futura predicendo non concludunt. Vlricus. Recte arguis colendissime domīe ꝑinceps quia omnia sunt in potestate dei cuius nemo est consiliarius nisi ipe sibi Sigmundus Vellem enim scire ꝙ modo dyabolus futura predicere potest. Vlricus Audi verba beati augustini in decreto posita: in capitulo. sciēdum. xxvi. q. iiij. vbi textus. Sciendum est hanc esse naturam demonū vt aerij corporis sensus terrenorum corporū sensum facile precedant celeritate: et propter aerij corporis superiorem mobilitatem. non solum cursus quorūlibet hominum vel ferarum: verumetiam volatus auium incomparabiliter vincunt. quibus duabus rebus quantum ad aerem corpus attinet predici. hoc est acrimonia sensus z celeritate motus. multa ante cogitata pronunciant. que homīes pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit z demonibꝰ

per tam longum tempus. quo eorum vita protenditur rerum lō
ge maior experientia. quā potest hominibus propter breui
tatem vite puenire. p has efficacias. quas aerij corporis na
tura sortita est. non solum multa futura predicūt demones
verūetiam multa faciunt. que qm̄ hoīes dicere aut facere nō
possunt: eos dignos quibus seruiant. et quib⁹ honores di-
uinos deferant arbitrantur. instigante maxīe vicio curiosi-
tatis propter amorem felicitatis false atq̧ terrene. et excellentie
temporalis. Nūc qr de diuinatiōe demonū questio ē. Pri
mū sciendū est illos ea plerūq̧ pnunciare que ipi facturi sīt.
Accipiūt em̄ sepe ptātem et morbos imittere et ipm aerem vi
ciando morbidum reddere et puersis et amatoribus terreno
rum cōmodorum malefacta suadere de quorum moribus cer-
ti sunt. qd eis talia suadentibus consensuri sunt. Suaden-
tibus miris et inuisibilibus modis. per illam subtilitatē cor
pora hominū non sentientium penetrando. et se cogitatiōi
bus eorum per quādam ymaginaria iussa miscendo. siue vigilan
tiū siue dormientiū. Aliquādo aūt nonnūq̧ ipi faciūt. Sz
que naturalibus signis futura prenoscūt: que in hominum
sensum venire non possunt ante predicunt. neq̧ enim qr pre
uidet medicus: qd preuidere nescit huius artis ignar⁹ Jdo
tamen diuinus habendus est. Quid autē mirum. Si quē-
admodū ille corporis humani perturbata vl' mortificata tē
perie seu bonas seu malas futuras puidet valitudies. Sic
demones in aeris affectiōe sibi notas. nobis ignotas futu
ras preuident tempestates. Aliquādo etiam hominum di-
spositiones non solum voce prolatas. verūetiā cogitatōne
cum signis quedam ex animo exprimūtur. in corpe tota fa-
cilitate predicūt atq̧ hinc etiā mlta futura pronūciant alijs
videlicet mira q̄ ista disposita ignorarūt. Hec augustinus.

Sigmund⁹ Est igit̄ ne ipis credendū. Ulricus
prsus nō Sigmund⁹ Quare Ulric⁹. qm̄ ipi etiā
demōes qnq̧ fallunt̄ et etiā hoīes fallūt et decipiūt Sigmū
dus. Da exemplū vbi fallūtur Ulric⁹ Legit̄ in legēda

sanctoꝝ symonis ⁊ iude. ꝙ cum wardach princeps regis babilonioꝝ aduersus regem indoꝝ̄ bello decertare vellet. magos ⁊ ariolos ꝯsuluit. vt super euentu belli responsa ab ydolis ⁊ demonibꝰ reciperet. ac demones responderūt ⁊ predixerūt grande bellū futurū fore. ⁊ ex vtraqꝫ pᵗe interfici ꝓ/ liantes. Postqꝫ itaqꝫ wardach hec audiuit in tristiciam incidit. Apostolis autem Simonis ⁊ iuda in risuz excitatis ait dux me timor inuasit. vos aūt redetis Dicūt apl'i cesset timor tuus: nobiscū pax intrauit istam ꝓuinciam. hodie intermitte profectionē. ⁊ cras hora tercia veniēt. quos premisisti cū legatis indoꝝ qui pace vestra ad quascunqꝫ cōdictiones gratantér consentientes pactū firmissimū stabilient. Siliꝰ modo arioli riserunt dicētes duci. Noli domine hominibꝰ illis credere mendacibus aduenis ⁊ ignotis quicqͥd aliqua loquuntur ne exploratores teneantur. Isti dij qui nunquā fallunt: dederunt tibi responsum. vt cautus ⁊ solicitus sis. quid multa crastino die venerūt nuncij qui missi fuerant et nunciauerunt ita esse prout apostoli dixerunt. Ecce ꝙ demones falsi extiterūt. ⁊ mendacia predixerūt. ⁊ proculdubio ipi demones. si potuissent. ⁊ sciuissent libenter vera responsa dedissent. cum illud mendacium eisdem demonibus in preiudicium tendit. Sed qꝛ futura ignorabant. ideo seipos fefellerunt. Sic itaqꝫ habes ꝙ etiam ipi demones met falluntur. Sed istud notandum est: qꝺ cum ipsi demones dubitāt de euentu eorum que' predicunt. quid igitur faciunt cū dubitant. ait. Augustinus in dicto capitulo sciēdum Sed ne inquit aput cultores suos pondus auctoritatis amittāt id agunt vt interpretibus suis signorum suoꝝ coniectatoribus culpa tribuatur. quando ipi decepti fuerint vel mentiti Hec augustinus. Sigmundus. Pone exemplum

Vlricus Legitur de quodam principe qui aduersus romanos pugnare volens deos suos. id est demones ⁊ ariolos super victoria consuluit qui euentum belli ignorantes vt tm̄ aliquid responderent ne futura ignorare arbitrarētur

dixerunt romanos te vincere certum habe. potest aūt accu/ satiuus ille te varijs modis construi. ita si ipe dux romanos vicisset consonū responsioni fuisse. Si vero a romanis vi/ ctus fuisset responsioni imputari demonibus non potuissꝫ Unde igitur ambigua obscuritate responsa solent dare. Item sepe etiam pro sua eorum voluntate fallunt ⁊ menda/ cia dicunt. quoniam pleni sunt inuidia. ⁊ gaudent dum ho mines in errorem mittunt ⁊ decipiūt. Unde periculosum ē eisdem credere. quoniam nescit homo. quando ipsi fallunt vel fallere pro eoꝝ consuetudine nos volunt. Sic itaqꝫ cle mentissime princeps habes quando ipi secreta scire ⁊ futu/ ra predicere possunt. Et qd̄ fides in eoꝝ dictis ponenda nō est. quia in eis non est veritas. Sigmundus. Satis iam satis dubiorum nostroꝝ occasione vos hincinde alle/ gantes audiuimus. nunc nostri ꝑpositi mens finem deter/ minationis appetit. quid igitur tu sentias placꝫ vt detegas Ulricus Que igitur dubia resolui cupis.

An possint prouocare demo nes grandines ⁊ tonitrua.



Sigmundus. Utrum igitur demones ⁊ homines ministerio demonum possint turbare aerem prouocare grādines nocere terre atq̧ hominibus morbosq̧ infere. et seu hominem sterilem facere. Ulricus. Dico q̄ non possunt: nisi quando. et quibus. ac in quantum. a deo ex causa maiestatem suam monente eisdem conceditur. Sigmūdus Super quo fundas hanc conclusionem Ulricus Super prius deductis. Insuper iohānes damascenus li. ij. ait. non habēt demones virtutes aduersus aliquē nisi a deo dispensante concedatur. sicut in iob. ⁊ in porcis ꝑmissione vero dei facta. ⁊ fortitudinem hn̄t. ⁊ transmutantur. ⁊ trāsfigurantur in quācunq̧ volunt figuram ſm ymaginem id est fantasiam. Item Gregorius in dyalogo. libro iij. ait. absq̧ omnipotentis dei concessione nullam habet potestatem contra hominem malignus spiritus. qui etiam in porcos transire non potuit. nisi permissus. Sigmundus. Quid est hoc dicere in porcos transire non potuit.
Ulricus In euangelio legitur q̄ cum christus demoniacum curasset. ⁊ multas legiones demonum ab eo eiecisset petiuerunt demones licentiam a domino vt porcos ingredi possent. qua data intrauerunt porcos ⁊ mare irruerūt ⁊c̄. Ecce q̄ demones non audebant porcos intrare. et eos molestare. nisi prius a deo obtenta licentia. Sigmūdus
Cognosco itaq̧ quod cum eisdem a deo permissum fuerit. q̄ ex tunc nocere possunt. Ulricus Recte cognoscis. vnde ait Hieronimus super psalmum. xxxiiij. Itaq̧ de quibusdam in psalmo dicitur. fiat angelus domini. persequens eos id est dyabolus. seu spiritus malus. quia dominus creauit illum. ⁊ in sua habet potestate. Ecce ex hoc habes q̄ sepe deus concedit dyabolo vt persequatur homīes Item beatus Augustinus de diuinatione demonum. ait. accipiunt autem sepe potestatem. et morbos immittere ⁊ aerem viciando morbiduȝ reddere. ⁊ peruersis malefacta sua

dere. Nam beatus Augustinus in libro de trinitate. iij. ait Ex ineffabili autem dei potentatu fit quod possent mali angeli si permitterentur. ideo vero non possunt. quia non permittuntur. Sigmundus Cum autem demonibus talia facere a deo permittitur. possunt ne tunc pro eorum libito facere. quantum volunt. Ulricus Non; nisi tantum. quantum eis facere permittitur. et ideo augustinus eodem loco in libro tercio de trinitate ait. ideo non possunt. quia non permittuntur. Subiungit etiam dicens. neque enim alia occurrit ratio: cur magi non potuerunt facere ciniphes. qui ranas serpentesque fecerunt nisi quia maior aderat prohibentis dei dominatio. per spiritum sanctum. quod etiam magi confessi sunt dicentes. digitus dei est hic etc. prout. Exo. capitu. viij. dicitur. Unde Johannes chrisostimus super Matheum libro primo ait. homines autem non quantum vult temptat dyabolus. quoniam quantum ad se nunquam cessaret a temptatione. neque enim habet alium actum. non enim manducat: nec dormit: nec aliud operatur. nisi ut temptet: fallat. et subvertat. hic cibus illius est. Ecce ergo quod Johannes Chrisostimus dicit non quantum vult etc. temptat etc. Unde in libro secundo sententiarum distinct. vij. Petrus lumbardus ait. Demonum autem scientia ac virtute exercentur etiam artes magice quibus tamen tam potestas quam scientia a deo data est. vel ad fallendum fallaces sicut egiptios. et etiam in ipsos magos data est. ut eorundem spirituum operatione viderentur admirandi. a quibus erant damnandi. vel admonendum fideles. ne tale quid facere pro magno desiderent. vel ad exercendum seu probandum iustorum patientiam. Nec putandum est demonibus hanc rerum visibilium materiam ad nutum servire. sed deo potius. a quo hec potestas datur. Sigmundus. Nunc si possibile foret deducere. cuperem scire quando deus gloriosus demonibus concedat et permittat nocere terre et hominibus. ac subver-

tere, aerem et aquas et cetera. Ulricus. Grauis est hec questio quis enim nouit dei voluntatem. vnde clamauit aposto/lus paulus ad romanos .xi. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei. quam incomprehensibilia sunt iudicia dei et inuestigabiles vie eius. quis enim cognouit sensum domini. aut quis consiliarius eius fuit. aut quis prior dedit illi et retribuetur ei. Sigmundus. Et si arcana cuncta dei inuestigare non liceat. loquamur tamen quantum nobis ab alto de gratia conceditur. Ulricus Dico itaque quod sepenumero aeris perturbationem tempestates tonitrua et alia absque ministerio demonum posse fieri. ex dispositione naturali planetarumque motu. diuina bonitate astra cursus suos agere permittente. et de illis causis satis philosophi tractant. prout arestotiles in libris metheororum scribit Sigmundus.

De hoc non est dubium: quin naturali motu talia fieri possint. Sed questio est quando dyabolo concedatur hec faciendi potestas. Ulricus. Misericordissimus dominus deus qui singula sua piissima prouidentia ob vtili/tatem hominum disponit. quandoque talia permittit. in pe/nam correctionis in peccatorum. quandoque in tentationem augmentandorum meritorum. quandoque in prodigium future gratiarum actionis Sigmundus Quomodo igitur deus peccata in hoc punit. Ulricus. Quandoque scienter. quandoque ignoranter. Sigmundus. Quomodo scienter. Ulricus Ut cum homines puniuntur manifeste: scienter aspiciunt propter delicta se punitos fuisse. Sic cognouerunt homines in sodome et gomorre subuersione. se ob peccata eorum punitos fuisse. Sic etiam cum cunctis videntibus abyron et datan terra obsorbuit. Sigmundus.

Sed quomodo ignoranter. Ulricus. Hic punctus respicit presentem materiam. ignoranter itaque quandoque deus punit peccatum per angelum: quandoque per hominem. quandoque per dyabolum. Sigmundus. Prebe vbi per angelum correxerit Ulricus Dicitur enim Isaie. xxxviii.

cum Sennacherib venisset ad obsidēdum hierusalē egres-
sus est angelus dñi ⁊ percussit in castris centum ⁊ octuagin
ta quinqꝫ milia virorum. ecce itaqꝫ quod deus per angelū su
um puniuit superbiam assiriorum tot milia eorundem occi
dendo. Sic etiam duriciam pharaonis ⁊ egiptiorū puni
uit per angelum oīa primogenita egipti interficiendo.
Sigismundus. Quomodo autem punit per homines
Ulricus. Exempla plura habes in capitulo remittunt
xxiij. q. v. in. ver. hinc notandum ⁊c. Itaqꝫ populus hebreo
rum per Nabuchodonosor. Item per anthiochum. Item
per Titum ⁊ vespasianum punitus est. ⁊c. Dicit enim ibi te
xtus. Assur id est Sennacherib. erat virga furoris domini
quia per eū innumeras gentes diuina iusticia flagellare dis
posuit Sic attila rex hynorꝫ flagellum dei sese noīauit. Itē
Subiungit textus. ipse vero Assur non cognouit quia in-
superbiam elatus victoriam quam assecutus fuerat. non di
uine potentie. sed suis viribus attribuit. Unde contra eiꝰ
superbiam loquitur dominus. nunquid gloriabitur serra
contra eum qui secat. aut exaltabitur securis contra eum q̄
cedit in ea. Hec textus in ca. dicto capitulo remittuntur. xx
iij. q. v. Sigismūdus Nūc ad terciam speciem scilicꝫ
quomodo per dyabolū punit. Ulricus Et hec ad ma
teriam facit. Audiuimus eñ supra in psalmo supra prophe
tam dicētem. fiat angelus domini id est diabolus persequēs
eos ⁊c. cum alijs enumeratis auctoritatibus ⁊ ita affligitur
quandoqꝫ peccator in corpore. quandoqꝫ in rebus. in corpo
re videmus torqueri energuminos demoniacos ⁊ obsessos
Sic etiam videmus propter peccata multas infirmitates
homines contrahere. Et ideo dixit textus in capitulo cum
infirmitas de pen. ⁊ remissi. vbi ait. cum infirmitas corpora
lis nonnunqꝫ ex peccato proueniat dicente domino langui
do quē sanauerat. vade ⁊ noli amplius peccare. ne deterius
aliquid contingat. presenti decreto statuimus ⁊ precipimꝰ
medicis corporum. vt cū eos ad infirmos vocari cōtigerit

ipsos ante omnia moneant et inducant vt medicos animarum aduocent vt postquam fuerit homini de spirituali remedio prouisum. ad corporalis medicine remedium salubrius procedat. cum cessante causa cesset effectus &c. hec tex. Exemplum habes de Nabuchodonosor rege babiloniorum qui propter peccatum superbie tantis calamitatibus mentis et corporis affectus fuit. vt quadrupes incederet bouem se fore arbitratus gramina comedisse dicitur &c. Unde succedit tex. in capitulo. Si per sorciarias. xxxiij. q. j. vbi tex. Si per sorciarias atque maleficas artes occulto. Sed nunquam iniusto dei iudicio permittente et dyabolo preparante concubitus non sequitur &c. Ecce canonem determinare quod oculto dei iudicio. procurante dyabolo homo maleficiari potest. Et sic habes quod deus inferendis penis vtitur dyabolo pro ministro. Sigmundus. Quomodo igitur malefice mulieres asserunt et credant seipsas talia facere videlicet turbare aerem. procurare tempestates. morbos inferre hominibus. Ulricus Ipse dumtaxat pro earundem stulticia se talia facere credunt. et tamen sua credulitate decipiuntur. Sigmundus vt quomodo. Ulricus. Nam cum vt dyabolus ex motu elementorum cognoscit mutationem aeris et tempestates fieri debere. quas tamen ipse dyabolus vt supra diximus facilius et cicius quam homo prescire poterit Uel cum diuina permissione aliqua plaga et peccatorum correctio: super terram iusto dei iudicio cadere debet. cuius quidem plage et correctionis ipse executor diuina prouidentia deputatur. ita vt huiusmodi plagam prenoscit futuram. ex tunc commouet mentes huiusmodi maleficarum mulierum. aliquando eisdem persuadendo. aliquando ob inuidiam quam tales scelerate mulieres aduersus proximum gerunt in vindictam mouendo. easdem sollicitat. qui ipsas mulieres doceat. huiusmodi tempestates et aeris turbationes prouocare. Sigmundus Quid faciendum igitur easdem docet. aut quomodo ipsas instruit. vt ipse mulieres huiusmodi incommoditates prouocent et suo maleficio perficiant.

Ulricus Cōsulit ꝛ docet eas aliquid stultum ꝛ fatuū facere. Et quod ad huiusmodi factū nihil pertinet. Sigmundus. Si stultū. quid igit͛ eas docet. vñ nanq̄ʒ prouenit. qđ postq̄ʒ mulieres huiusmodi documenta sequunt͛ ꝑ earundē voluntate tales tēpestates succedunt: ꝛ eueniunt.
Ulricus. Ecce cū diabolus preuidit vel ex cursu nature ꝛ elementoꝝ. vel ex ꝑmissione diuina sup aliquā terrā plagam infigere debere sibiq̄ʒ potestatē faciendi concessam esse. ꝛ sic huiusmodi euentū alias futurum fore nihilominus tamen vt mulieres huiusmode scelerate credāt se ex doctrina dyaboli talia efficere. dyabolus instruit easdem vt quādoq̄ʒ accipiant lapides silicis. ꝛ versus occidentem post tergū proiiciant. aliquādo vt arenaʒ aque torrentis in aerem proiiciant. aliquādo ꝙ in vna olla pilos porcorū buliant. aliqñ ꝙ trabes vel ligna in ripas transuersaliter collocent. ꝛ sic de aliis fatuitatibus. ꝛ tamen talibus faciendis cōmuniter dyabolus prefigit eis diem ꝛ horam. vñ fatue huiusmodi mulieres dyaboli doctrine credentes: talia ꝛ alia his similia faciunt. Itaq̄ʒ postq̄ʒ ipe talia fecerūt. at succedentibus tempestatibus gradinibus ꝛ aliis incōmoditatibus quas dyabolus alias i tali tempore nouit. vt premissum est. profuturas ex tunc credūt ille scelerate fatue mulieres euētus huiusmodi ex facto eoꝝ processisse. cum tamen talia eoꝝ facta nō possent vnicam guttam prouocare. verum ex post ipe huiusmodi mulieres gratificantur dyabolo adorantes eum ꝛ immolantes ei. ac olocaustomata vel quid aliud eidem offerentes Nam quis tam ebes mentis est. qui credere posset. ꝙ ex huiusmodi fatuitate ꝛ mulierū stulta operatōe. vna tam immēsa spera aeris ꝛ alia elementa deberent cōmoueri in tantum vt grandines ꝛ fulmina prouocarentur. Sigmūdus
Sed quid ad hoc dicis videmus nanq̄ʒ vnam totam sepe terram periclitari. in qua non omnes homines deliquerunt. Ulricus. Sepe iustus perit cum impio. Sic etiam quis punitur pro alio. Nam genesis tercio legitur. qđ

dum Sodama ꝛ Gomorra ꝓpter peccatum submerse fuerunt. certe pariter alie ciuitates cuꝫ eis perierunt propter vicinitatem vt Segor ꝛ Jegor. ꝛ tamen he ciuitates non peccauerunt. Sic regum secundo videmus dum Dauid corā domino populum numerando peccasset. quod ꝓpter peccatum Dauid. ꝛ sic vnius hominis multitudo hominuꝫ. et sic multa milia hominum perierunt ꝛ mortui sunt. Cum autē legimus deum tam innumeram multitudinem hominum percussisse. propter peccatum numerationis vnius dumtaxat hominis. quomodo igitur puniet dominus populum ꝓpter grauiora peccata vtputa ꝓpter heresim et blasphemias. cum autem tales mulieres. vt ait textus in ca. episcopi. xxvi. q. v. deum abnegant. ꝛ se sathane tradūt. dyabolū adorātes ꝛ sacrificia sibi offerentes. quis dubitat. quin vna tota villa. in qua tales scelerate mulieres. degunt. et tolerantur. infelicior esse ꝛ huiusmodi ruinam ex diuine maiestatis vltione timere habeat. Sigmundus Videmus itaqꝫ determinationem duarum causaruꝫ quibus dyabolus nouit futuras tempestates. videlicet causam motus astrorum. ꝛ dispositionis naturalis. alteram diuine vltionis seu correctionis peccatoruꝫ. Quid igitur erit cū huiꝰmodi nocumēta ꝓbis et iustis hominibus euenerint. Ulricus. Posuimus superius etiam alias vias diuine permissionis. videlicet. ꝙ quandoqꝫ in temptationem iustorum. ob augmentandum meritum permittit deus. Sigmundus Ostende.

Ulricus. Nonne Job iustus ꝛ laudans deum erat. et tamen temptauit eum dominus in bonis. agris armētis. ꝛ gregibus. ꝛ expost in corpe. dando temptandi potestatem diabolo qui etiam. euꝫ grauissimo vlcere percussit ꝛ quia in his omnibus repertus est Job patiēs ꝛ humilis. vnde apō deum meruit. Nonne beatus Anthonius heremita vir religiosus ꝛ deo amabilis fuit. nonne sepius a dyabolo temptatus: et grauiter percussus. donec quasi defecissent. Ac vt sic meritū ampliatū eius fuit. Legitur enī in legēda eiusdeꝫ ꝙ

Ant hõio in quodaꝫ tumulo latitante multitudo demonũ cum ita cede varia lacerauit: ꝙ minister eius de villa veniẽs quasi mortuum ꝓpriis humeris ad ville hospicium reportauit. quo audito conuenerunt vicini. ⁊ cum post planctuꝫ funeris media iam nocte dormirent. Anthonius subito reuiuiscens: vocato ministro fecit se in silentio ad tumulum reportari. ibiqꝫ ex priorũ vulnerum dolore prostratus. cum ex animi virtute conflictum demonum prouocasset. ⁊ statim illis in varias bestiarum formas mutatis ab eoruꝫ dentibus cornibus vnguibus laceratus fuissꝫ. Subito radius quidam lucis demones ⁊ tenebras fugauit. Statimqꝫ sanatus xp̄m presentem intelligens: dixit. vbi eras iesu bone. vbi eras. quare a principio non affuisti. vt curares vulnera mea Et vox ad eum facta. Anthoni inquit. hic eram. Sed expectabam videre certamen tuũ. nunc autem qr viriliter dimicasti. in toto orbe te faciã nominari. Hec vincentius in historiali libro. xiiij. recitat athanasium notasse. Und̄ dicitur iacobi. i. Beatus vir qui suffert tentatõem. quia cuꝫ probatus fuerit. accipiet coronam vite. Sigmundus. Nũc satis habeo. ꝙ ex facto talium mulierum neqꝫ tempestates. grandines. seu alia mala fieri posse. Sed dũtaxat. vl' ex motu naturali vel permissione diuine bonitatis que vl' in penã vel in meritum: ex sua ineffabili pietate talia euenire dyabolorum ministerio permittit. Idcirco placet iter nr̄m ad alias questiones dirigere.

Utrũ malefici ⁊ strige possint misterio demonũ seipsos ac alios hoies in alias formas specierũ seu aialium mutare.

Ulricus. Ex causis. s̄. dictis pñt attamẽ appenter. ⁊ sic

prestigiis facere. Sigmūdus Quid nā est prestigium
Ulricus Ars trāsformandi formas iuxta apparentiaꝫ prestigiū dr̄ quasi pstringens oculos ꝑut ait Isidorus ethimoloiarū li. viij. Ita vt ipsi demones pstringendo oclo's faciūt apparentiā. qua homo inducat rem alteri⁹ forme esse. q̄ꝫ fit. Ita vt quis videns hoiem credit eum esse asinum. vl' lupū. ⁊ tamē vnusquisqꝫ retinet formā suam. quāqꝫ oculi nr̄i decipiūtur ⁊ ad aliam speciem erroneo iudicio deducuntur. Sic symon magus perstrinxit ocl'os neronis ⁊ carnifices qui decollando arietem. credidit se symonem decollasse. in oculis suis ministerio dyaboli pstrictis deceptus. Item legitur de sctō machario egiptio. heremita prout recitat vincentius li. historiali. xviij. q̄ cum egiptius quidaꝫ amore vesano aliene vxoris arderet. nec ad effectū cōcupiscentie puenire posset. eo q̄ illa virginitatis sue coniugem nimis amaret. ⁊ maleficum p̄catus est. vt aut ab ea se amari faceret. aut a marito ꝓprio repudiari qui multis illectus muneribus. solito sue artis ingenio. fecit illam equam videri. Itaqꝫ vir ei⁹ turbatus q̄ equam suo lectulo iacenteꝫ videret, ingemiscēs flebat. eo q̄ illam alloquens nullum responsum audire poterat. Adductis ergo presbiteris quid illa pateretur ostendit. ⁊ nec si quidam calamitatis causam agnouit. Illigataꝫ igitur eam in morem iumenti ad desertum duxit. Cum iaꝫ celle sancti macharij ꝓpinquaret. monachi arguebāt eū cur cum equa ad monasterium veniret. Uxor inquit mea hec fuit. sed in equam cōuersa. Jam tercia dies est ex quo cibuꝫ non sumpsit. Qd̄ cum sancto machario cui iaꝫ deus hoc ipsum notum fecerat retulissent. Uos inquit equi estis. ⁊ eq̄rum oculos habetis. Illa nāqꝫ mulier est: nec in illam naturam transfigurata videtur nisi in eoꝝ oculis. qui prestigij vanitate falluntur. Mox aquam ei benedictam infundens oratione completa. subito eam omnibus videri feminam fecit. eamqꝫ refici iussit. ⁊ cum viro suo reuerti dicēs. Nunq̄ꝫ a cōmunione sanctoꝝ misterioꝝ. neqꝫ ab eccie oratōe discedat

Hec em̄ idcirco perpessa est. quia per q̄nq₃ septimanas mi/
steria diuina non attigerat. Ecce igitur q̄ non omniū oculi
erant perstricti. q̄z oculi beati macharij non erant p̄stricti.

Sigmund⁹. Profecto hec historia multū facit ad p̄
positum. Ulricus Certe quadam vice ea de re cu₃ co
lendissimo domino ottone ex comitibus d̄ sonnenberg epi
scopo constantiensi qui etiam multarum rerum cognitio-
nem habet ac litteris pro magno desiderio. intendit dispu/
ta sse. hic eande₃ historiam in medium attulit que me in ma
teria prestigij propter eiusdem etiam domini episcopi aucto
ritatem ꝛ frequens studium suum. cuius etiam ego humi/
lis famulus existo ꝛ sub clementie eius etia₃ alis me foueo
plurimum mouit. Sigmundus Cuperem audire
aliquos modos: quibus apud oculos hominū vna res ap
parere pro alia possit Ulricus Saluo iudicio melius
sentientium duos vel tres adducam. sc̄d̄m q̄ ego meo igna
ro ingenio colligere potui ꝛ iuxta mentem beati Thome su
per. ij. sententiarum. distin. viij ac aliorum doctoꝝ. videtur
mihi dici posse. q̄ vno modo diabolus possit ludificare sen
sus nostros ab interiori mouendo fantasmata ꝛ similitudi
nes rerum existentium in virtute ymaginatiua. faciendo e/
a s ad organa sensuum exteriorum defluere. Sicut quādo
q₃ contingit in somnijs. Na₃ ex motu fantasmatum in som
nijs cum defluxu eorum ad organa sensuu₃ exterioru₃ sicut
ad oculum vel tympanum in quo fundatur auditus. ꝛ sicut
visus in oculo apparet nobis q̄ multa videamus atq₃ audi
amus. Ita nobis vigilantibus aliquando nobis apparet.
q̄ multa videamus. sicut patet in freneticis ꝛ acute febri/
citantibus ꝛc̄. Secundo modo ex vehementi conuersione i
tentionis ad fantasmata. que facit vt similitudo rei. res ip̄a
videatur. Sicut augustinus dicens. q̄ quidam tanta con-
uersione recogitabat cuiusdam mulieris ymaginem. q̄d ei
carnaliter cōmisceri vigilans videbatur Cum igitur demō
nō ignorat hos modos. dico q̄ demon possit ita organa sen

suuz disponere. q̄ vna res apparebit alia. Sicut ex abundā
tia humoris colerici videt̄ gustui. q̄ omnia sint amara. cum
tñ aliquādo sint dulcia. ⁊ ex descensu humoris sanguinei vl'
vapoꝝ ignei ad oculos. videt̄ nobis que exterius apparent
sint rubea. Secūdo dico q̄ dyabolꝰ pōt ita disponere me-
diū. q̄ vna res videbitur alia. ⁊ ƒm sctm̄ bonāuenturam ali-
qñ ex dispositione candele ꝑ artem confecte palee vident̄ ser
pentes esse. ⁊ hmōi expimenta etiam multa fiunt a ioculato-
ribus. Cum autē dyabolus magister sit ioculatoꝛuz. nemī
dubium ꝗn subtilius dyabolus hec operari possit. Itez ali
quādo nō res sed similitudo rei ⁊ figura videt̄. itaqꝫ ƒm glo-
sam beati augustini. beatus petrus vidit istud vas submit-
ti de celo in terram. in quo erant om̄ia quadrupedia. serpē-
tia terre. ⁊ volatilia celi. vt dr̄ actuū aplo'ꝝ. x. que nanqꝫ non
coꝛpoꝛa erant. sed ymagines. Eadem visione bñdictus to-
tū mūdum vidit. Nam in legenda sua dicitur. q̄ totus mū
dus velut sub vno solis radio collectus ante oclos eius ad
ductus est. ecce q̄ erant rerū ymagines. Ex p̄missis itaqꝫ in
ducitur ad alias questiones.

An super lupuz vel baculū vnctum ad conuiuia veniant ⁊ mutuo cōedant ⁊ bibant ⁊ sibi mutuo loquantur ac se inuicez agnoscant.



Sigmundus Gauderē etiā opinionē tuā desup audire.

Ulricus Ex p̄dictis cognouisti: quō. q̄nq3 in sumno. q̄nq3 i vigilijs fit rep̄sentatio ymaginationū rā fortiū: q̄ hō credit se essentialiter hoc vel videre vł facere. Audisti etiā q̄ dyabolꝰ q̄nq3 ꝯstringit oclos ꝛ alios sensus hoim. vt hoies autument se hoc vel hoc facere. Etem̄ vt me satius intellige re possis. introducā historiam in legenda sancti Germani. dicitur em̄ ibidem. q̄ cū predictus sanctus quadā nocte hospitatus fuisset in vna domo. ꝛ post cenā mensa itcrū pararetur. admiratus sanctus germanus. quesiuit ab hospitibꝫ cui denuo mensa pararetur. qui cum dicerēt q̄ bonis illꝰ viris ꝛ mulieribus qui nocte incedūt. mensam preparent Nocte itaq3 illa statuit sanctus germanus vigilare. Et ecce vidit multitudinē demonū ad mensam in formis viroꝝ ꝛ mulierū venientē. qui eis precipiens ne abirent. cunctos de familia excitauit. quesiuitq3 si personas illas cognoscerent. q̄ cum omnes vicinos ꝛ vicinas dicerent esse. misit ad domos singuloꝝ: ꝛ ecce in suis lectulis sunt inuenti. ꝛ adiurati postea demones per sanctū germanū se esse spiritus malignos dixerūt. qui sic homines illudebant. Ecce qō sp̄us se loco aliarū personaꝝ ostendere p̄nt. ita quippe vt homies existimēt hmōi ymagies veras personas fore. Et sic ex illa habes hystoria. q̄ eadem hora homo pōt esse in vno loco. ꝛ nihilominus ꝑ spiritū apparere in alio. Sicuti illi hoies hora noctꝭ fuerūt in domibus ꝛ in lectulis suis. ꝛ eadē hora eoꝝ ymagines prestigio dyabolico apparuerūt in domo hospitis cenantes. Sic etiā de symone mago dicit̄ in legēda sancti petri. q̄ symon eadē hora in conclaui erat cu3 nerone. ꝛ foras loquebatur ꝑ ꝑlo id est ymago eius per dyabolum foras loq̄batur populo. Sic idem in bonis spiritibus ꝛ angelis contingere solitū fuisse legimus. Nam beato ambrosio apparuit. q̄ faceret officiū in exequijs beati martini in ciuitate thuronensi. Dixit em̄ ego funeri exequium prebui. sed vltimaꝫ orationem vobis excitantibus explerinō valui. Et reuera

sta inuentū fuit sicuti ipē retulit ꝛ tñ ipe ambrosius eo tūc in
ciuitate mediolanensi fuit q̄ ad plures dietas distat a thu-
ronis. Vñ ƀm Egidiū in quodā qōlibeto dr ꝙ bonꝰ āgelꝰ
in forma beati ambrosij fuerit in ciuitate thuronēsi. Et cor-
pus beati ambrosij fuerit in ciuitate madiolani Sigmū
dus Ad quē finē ꝑperat hec instructio. Vlricus Ad
hoc vt ↄcludam. ꝙ hoīes sepe existimāt se videre alios ho-
mines in certo loco ↄstitutos quoꝝ tñ ymagines: dūtaxat
vel in spiritu bono vel malo vident Sigmundus Sꝫ
qd ecōtra an ne qñqꝫ phitonice mulieres credūt se ꝓficisci i
aliū locum. cū tamē remaneant in domo sua. Vlricus
Supius iam audisti exempla. vnde sepius credit homo se
eē in alio loco vbi nō est. ergo bene dicit tex. in ca. epi. xxvi.
q. v. vbi ait. Illud etiam non est omittendū ꝙ quedam scele-
rate mulieres retro post sathanā cōuerse. demonū illusioni-
bus ꝛ fantasmatibus seducte. credūt se ꝛ profitentur. cū dia-
na nocturnis horis dea paganorum. vel cū herodiade ꝛ in-
numera multitudine mulierum eq̄tare sup quasdam besti-
as ꝛ multarum terrarū spacia intempeste noctis silentio per-
transire. vel eius iussionibus obedire. velut domine. ꝛ certꝭ
noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vtinam hee sole
in ꝑfidia sua ꝑijssent. ꝛ non mltos ad infidelitatis interitū
pertraxissent. Nam ꝛ innumera multitudo hac falsa opinio-
ne decepta. vera eē credit. ꝛ credendo. a recta fide deuiat. hec
textus Sigmundus Nonne ceteri homines possunt
equitare ꝛ ambulare de loco ad locum tam de nocte q̄ꝫ de die
quid igitur ipsis talibus mulieribus obstat. Vlricus
Certe non denego. quin huiusmodi mulieres. ꝛ equitare et
ambulare tam sup asinum. equū bouem seu camelū possint
ꝛc. Sicuti alij hoīes ꝛ more alioꝝ hominum. Et sic ƀm cur-
sum naturalem. Nos autem in eo casu loquimur. qui se vl-
tra cōmunē hominū cursum extendit. videlicꝫ vt nō possint
in vna hora ad decem. vl. xx. miliaria ꝓficisci. Sigmun-
dus Si igit̄ nō vadūt de loco ad locuꝫ. ꝛ cōuiuia visitāt

vt supra dictus tex. vnde igitur puenit. q hoies in alijs ciui tatibus ex stentes. quos nunq antea viderut. cognoscunt Ulricus Ex premissis claret solutio. qm. p impmissiones ymaginationu seu repsentatione ymaginum ministerio di aboli factaz. hoc percipiunt. credentes se sensu corporalis pntie cognouisse. Sigmundus. Saturati sumus de premissis disputationibus. nuc de vlteriori questione inter rogemus videlicet an dyabolus possit in forma hominis cum huiusmodi mulieribus incubando pmisceri. Et an ex huiusmodi coitu possint pueri nasci.

An diabolus possit in forma hominis cum huiusmodi mulieribus incubando comisce ri. z ex huiusmodi coitu possint pueri nasci.

Ulricus Quauis in superioribus plene tu auctoritates z rationes. tu etia exeplar historie p decisione huius satis sint introducte. vt tn fine materie aggrediamur. Dico q ex in/cubo z mliere non procreatur ho. Nec vnq inuetus est ho/mo q ex spiritu z muliere natus sit. pterq saluator dns nr ie sus xpus. q summi dei pris miscdia dignatus est sine comi xtione virili de spusancto ex gloriasissima virgine maria in mundu nasci. Absit igitur apud me. q homo sine homine d spu z maledicta mliere debeat nasci. Nec obstat q in come/dia plauti poete de amphitrione legitur. q hercules ex ioue deo z alcumena muliere amphitrionis natus sit z sic medius fidius dicatur. quasi medius filius quia fabula poetarum q nephandissima fictio est. Sigmundus. Quid igit respondes ad allegatam. glo. Gen. i. vbi dicitur gigantes ex tali coitu natos extitisse. Ulricus. Dico q glosa opi/natiue loquitur z non concludit. Sigmundus. Quo modo autem saluas textum qui dicit q exinde nati sint gi gantes. Ulricus. Dico q eo tuc surrexerunt gygan/tes. i. homines potetes z magnifici. qui pter eoz potetiam z magnanimitatem dicti sunt gigantes. Sigmudus

Quid igitur de Merlino in britania supra dicto sentis.
Ulricus Sentio q̄ fuerit verus homo. Sigmundus Cuius filius Ulricus vtriusq̄ hominis tam viri q̄ mulieris. Sigmundus Quō igitur mater eius coram rege britanie confessa fuit cū de incubo cōcepisse. Ulricus Me iudice errauit mulier a demone illusa credēs se Merlinum de semine incubi generasse. Sigmundus. Uñ igitur cōceptus est talis Merlinus Ulricus Sic arbitror. q2 forte mater Merlini se dyabolo proch dolor dedicauit vñ dyabolus ymaginationē eius vt premisimus seducens sensusq̄ eiusdem perstringens quasi eidē cōmisceretur. cuius etiā corpus forte p̄stigium tumidum fecit. quasi fetu grauida incederet ac aduen iente tempore ficti partus. flatum diuia permissione p̄pter eiusdem mulieris incredulitatem in corpe eiusdem mouerit. vnde ipā existimās se grauatam z fecundā ac plem parere debere itaq̄ ipe diabolus diuina p̄missione ob incredulitatē mlieris in vētre eiusdem dolorē imiserit z hmōi flatū extinguendo. z aliū puerū hominis alicui furatum supponēdo apparentiā fecit. occulto suo prestigio. quasi talis puer de tali muliere natus fuiss; quē ex post mater suscipiens credens de corpore suo exisse enutriuit. cū tamen talis puer ab alijs hōibus prenatus fuerit z p̄ dyabolum subtractus. Sigmundus. Sic audio q̄ dyabolus potest homī subtrahere pueruz suū z deferre ad alium locum z supponere alteri Ulricus p̄mittente deo potest. z presertim non baptisatos pueros subripere.
Sigmundus Ostende hoc exemplo vl' autoritate Ulricus dyabolum super puerū non baptisatum habe potestatē suscipe auctoritatem ex decreto in ca. postea z in. c. Sacerdotes de cōsecra. dis. iiij. vbi tex. Sacerdotes cū per exorcismi gratiā manū credētibus imponūt z habitare maligno spiritu in eo4 mentes contradicūt quid aliud faciunt nisi q̄d demonia eijciūt. Item tex. in ca. dehinc eadē dis. dic dehinc ite4 exorcisatur dyabol9 vt suā nequiciā cognoscēs iustū sup se dei iudicium timens recedat ab homine. nec iaz

contēdat arte sua subuertere. Ecce qd̄ dyabolus arte sua pt subuertere pueros nō baptisatos. Ex his infero ad proles et pueros quos vulgus opinatur de milite coloniensi p mulierem pcreatos. put superius in historia latius tactum est.

Sigmundus Dic queso pro quo nanqꝫ habuisti illum militem incognitum. Ulricus pro incubo et dyabolo.

Sigmundus pro quo autez filios. Ulricus Ego saluo tamen iudicio meliꝰ sentientiū reputo illos pro veris hominibus. alicui tamen subreptis et ibi vt premissum est suppositis. Sigmundus Qualem autē existimas illam mulierem fuisse vt. s̄. dictum est. quam ciuis ille sicilie in mari arripiens vxorem duxit. Ulricus pro succuba et sic pro dyabolo Sigmundus pro quo autem reputas filium p ipsam vt putabatur genitum et postea in mari per eandem ereptum. Ulricus pro dyabolo qui sic in forma pueri apparuit. Nam vt helimandus in eadez historia sentit. inquiens. si talis puer verus homo fuisset. nemini dubium. quin postquam mater eundem in mari arripuit. et submersit. mare ipm tanquā cadauer ad littꝰ eiecisset. quod tamen non fuit factum. quia talis puer disparuit et amplius visus non fuit. natura autem maris est. omnia cadauera ad littꝰ proijcere. Sigmundus. Nonne plures opinantur qꝫ dyabolus vt succubus possit cum viro coire. et sperma assumere. ac expost vt incubus in mulierem proijcere. et exinde prolem generare. Ulricus Mihi non videtur fieri posse. dato enim qꝫ sperma taliter colligere et immittere posset. hoc tamen ad generandum non sufficit. quoniam vt cōsiliator differentia. xxv. ait. scire debes qꝫ istud membrum: puta. testiculi non est princeps virtutis generatiue. quamuis virtus in eo sit vt opinatur Galienus. quia illud non potest agere suam operationem per se. nisi per spiritum emissum a corde temperatum quantitate et qualitate. propter qd̄ virtus cordialis q̄ mensurat hunc calorez vt possit facere suas operatiōnes sit principaliter generatiua et virtus que est in h̄ membro est eius seruiens et si aliquod in hoc habet dominiū est

illud particulare. Unde mihi videtur ex illa theorica. quod cum dyabolus huiusmodi spiritum a corde principiantem. et il/lam generationis virtute assumere non posset. clarum erit. quod quamuis forte assumat sperma ex proiectione duntaxat huiusmodi sper matis aliis non concomitantibus nihil generari poterit.

Sigmundus Ex supradictis et iam deductis. video te pedem figere. super eo. quod aut huiusmodi pueri sint fantastici. aut vero alibi subrepti: et suppositi. Ulricus. Bene habes et in illam partem videtur declinare vincentius. in. iij. li. historie naturalis capitulo. cxxviij. etc. Sigmundus Nunc satis mutuo inter nos hac de re disceptauimus Expedit pro memo/rie tenacitate vt tunc determinationis conclusiones paucis verbis per epilogum detegere coneris. Ulricus Sal/uo igitur iudicio doctorum quorumcunque melius sentientium quorum determinationi me submittere non recuso. quantum mihi vi sum fuerit dicam. Est igitur mee opinionis determinatio.

¶ Prima quod dyabolus neque per se. neque misterio hominum potest elementis. hominibusque et animalibus nocere vel homines ad generandum impotentes reddere. nisi quando occulto dei sed nunquam iniusto iudicio: vel ob penam delictorum no strorum. vel ob meritum temptationis nostre augmentandum siue ob diuine maiestatis gloriam. magis timendam. et per nos colendam. seu aliam causam. deum mouentem. ipsa clemen tissima pietas permiserit.

¶ Secunda determinatio est. quod cum ipsa dei prouidentia oc culto sue bonitatis iudicio dyabolo nocendi potestatem per miserit. quod ipse dyabolus huiusmodi potestatem amplius ex tendere quam sibi a summo deo concessum fuerit: non poterit etc.

¶ Tercia determinatio quod quamuis dyabolus permittente di/uina clementia ob incredulitatem hominum vel aliam cau sam superius enarratam posset perstringere oculos aliosque sensus hominum obstruere. ita vt homines credant se ali/cubi esse. vbi tamen non sunt. vel videre id quod in se tale non est: vel apparere aliter quam sit: hominem tamen vel ani/malia in aliam speciem veraciter immutare non potest

¶ Quarta determinatio ꝙ hmōi male mulieres ꝑ multa mi-
liarium spacia in noctis silentio non proficiscuntur. nec mu-
tuo taliter proficiscendo cōueniūt. Sȝ dumtaxat ipis som-
niantibus vel ymaginatione forti vt premissum est laboran-
tibus. ꝑ representationē specierum similitudinarium a dya-
bolo eis impressarum. hec ⁊ alia ipis apparent que postea vi-
gilando vere sibi accidisse vt sic illuse credut.
¶ Quinta determinatio: ꝙ dyabolus siue vt incubus siue
vt succubus pueros generare nullo modo potest. Sed hu-
iusmodi pueri si inuēti fuerint. vel suppositi pueri vel fanta-
stici existunt.
¶ Sexta determinatio. ꝙ solus deus futurorum certus est
inspector. ⁊ solus cogitationes hominum nouit. qđꝙȝ dya-
bolus per se siue magos seu maleficos vera ⁊ futura predice-
re aliter non potest: nisi ea que ipe pro subtilitate nature sue
priori ex consideratione astrorum. ⁊ elementorum dispositō-
ne. accidere debere noscit. vel que accepta licentia a deo face-
re incendit: vel hominibus ad faciendum persuadere in eo-
rum mentes sugerendo ꝓposuit. vel que ex moribus ⁊ gestu
hominum coniecturando deprehendit. nihilominus tam̄
ipe sepe fallit. ⁊ fallitur.
¶ Septima cōclusio. ꝙ ꝗuis effectualiter hmōi maledicte
mulieres nihil efficere possunt. nihilominus tamē qr instī-
gante dyabolo tales mulieres. vel ob desperationē. vel pau-
pertatem. vel odia vicinoꝝ. vel alias temptationes. per dya-
bolum imissas. quibus non resistunt a vero ⁊ pijssimo deo
recedentes. sese dyabolo holocastomata ⁊ oblatōes offeren-
do apostatant. herescā prauitatē sectātes. ⁊ ꝓpterea succedit.
¶ Ultima determinatio. videlicet qđ ꝓpter huiusmodi apo-
stasiam ⁊ correptam volūtatē de iure ciuili tales scelerate mł-
ieres. que a deo largissimo apostatarūt. ⁊ dyabolo sese dedi-
carūt. morte plecti debēt. ꝓut dicitur in lege. multi. codice đ
maleficis ⁊ mathematicis.
¶ Uos igit̄ o mł'ieres memētote ꝓfessiōis vr̄e in baptismo

facte:ac cum dyabolus vos tentauerit.estote fortes. ꝛ suis suggestionibus resistite.ꝛ resistēdo signo crucis vos ipsas armate.scientes.ꝙ aduersuꝫ vos nullā habebit ptātem qm̄ hoc cōtra signū.n ullū stat piculum. Sumite exemplū beate iustine in cuiꝰ legēda ita legitur. Erat em̄ quedaꝫ virgo in anthiochia ciuitate iustina noīe.quā quidā scolasticus nomine agladius vidēs frequenter ire ad ecc̄liam in amoreꝫ eiꝰ incidit. multosq̄ꝫ ad eā transmittēs petijt vxorem. que cū oībus diceret.xp̄o celesti spōso se eē despōsatā.ille cōgregata viroꝝ multitudine voluit eam ꝑvim rapere. Sꝫ non potuit.tūc iratus abijt ad cyprianū magnū ꝓmittēs sibi duo talenta auri.vt iustinam per maleficia sua caperet.qui ꝑ magicas vocauit demonē.ꝛ ait illi amo virginem de gallileis potes ne eam ꝑsuadere:ꝛ adducere mihi:q̇ ꝓmisit ei dicēs.accipe hoc medicamentū.ꝛ sparge circa domū eius.ꝛ ego superueniens.paternū sensum ei inijciam. ꝛ statim obaudiet michi.Cūq̄ꝫ cyprianus ita fecisset. sancta v̄go tercia noctis hora surgens.ad orationem sensit impetū demonis signauit. itaq̄ꝫ se ꝛ domū suam.signo crucis ꝛ demoneꝫ signo crucis exufflauit. Qui veniēs ad cyprianū confusus ꝛ cur virginē non adduxisset requisitus.ait.vidi quoddā signū tabui.

Iterū cyprianus per artem magicā alium demonē fortiorē vocauit.ꝛ simili modo fecit.ꝛ similiter eidem accidit.tandeꝫ vocauit ipsum demonum patrem.ꝛ ait illi. que nam est infirmitas vestra.victa est ab vna virgine omnis vestra virtus.rn̄det dyabolus.nunc adducam tibi eam ad desideriū corruptionis.tu tantum paratus sis. Tunc dyabolus in specie virginis ad iustinam intrauit. ꝛ sedens super lectum eius eandem tentādo dicens.hodie missa sum a xp̄o ad te viuere tecū in castitate.multū aūt te video vexatam abstinentia. Sancta aūt virgo dicit.merces autē multa. labor vero modicus.dixit ei dyabolus.deꝰ in paradiso benedixit adam ꝛ euam dicens crescite ꝛ multiplicamini.Puto ergo q̄d si in virginitate manserimus.iudicium incidamꝰ quia verbū dī

cōtemnim⁹. cūq₃ virgo turbata surrexit ⁊ p̄ spm̄ sensit. q̄s eēt q̄ ei loqueretur. signoq₃ cruc̄ se signās. dyabolū exufflauit. q̄ disparuit. Deinde dyabolus cypriano ↄfusus appuit. q̄ dixit ei ⁊ tu nāq₃ vict⁹ es. vt ceteri subiecti tui. quō em̄ victi es͡t ab vna v̄gine xp̄iana. dic mihi que sit v̄tus victorie ei⁹. q̄ rn̄dit dicere tibi nō possū₃. vide qōda₃ terribile signū. ⁊ tabui. Si aūt virtutes hui⁹ signi vis addiscere. iura mihi qō nūq̄₃ a me velis discedere. q̄ cū iurasset. ait illi vidi signū crucifixi ⁊ tabui. ⁊ sicut cera a facie ignis fluxi. cui dixit ciprianus. ergo crucifixus maior te est. qui rn̄dit etiā maior oībus est. qr disertores dei accipiūt ab eo sn̄iam ignis. Ciprian⁹ aūt ait. festinā igit̄ vt amicus fiā crucifixi. ne talē penā incurrā. Dyabolus rn̄dit. iurasti nāq₃ mihi. Ciprian⁹ ait ↄtēno te. ⁊ oēs fumigātes virtutes tuas. meq₃ ip̄m tibi denego. ⁊ me consignās. dico gl'ia tibi xp̄e. ⁊ tu demon recede a me. Abijt ḡ dyabolus ↄfusus. vn̄ cyprian⁹ xp̄ianus factus est. Ecce ḡ quāte virtutis fuerit ⁊ hodie existat signū sc̄tē crucis. quo nos signare dignetur xp̄s qui ꝑ nob in ligno crucis seip̄m offerre ⁊ nos saluos facere dignatus est. qui viuit ⁊ regnat in secula benedictus Amen.

¶ Accipe igitur gloriosissime princeps hāc disputationē hui⁹ tractatus. quē ad honorē tue excellentie ⁊ bonaꝝ mentium serenationē sub tue celsitudinis emēdatione elaboraui. Et si quid minus officiose elaboratū et seu a tramite veritatis deuiare inueneris illud ignorātie mee potius q̄₃ p̄sumptuositati attribue. ⁊ me seruulum tuū cōmendatum graciliter suscipe. ¶ Vale igitur felix eternū patrie decus. deoq₃ ac omni populo amabilis colendissime princeps. Ex constañ. anno dn̄i. m. cccc. lxxxix. die decima ianuarij.

Tue celsitudinis humilis cōsiliarius ⁊ seruulus vlricus molitoris de constātia decretoꝝ doctor.